

nostro gloria in saecula saeculo-
rum. Amen.

Data viii Id' april. valente &
uicere. uir' claris consulibus.
*EPHRAEMUS ALEXANDRI PAPAE. NE EPI DE
ALII AD ALIA LOCA TRANSMIGENT.
VEL RSO: AUCTORITATE APO-
STOLICA DEGRADENTUR. SINE*

DEPELLANTUR.
Euaristus urbis romae episco-
pus. omnibus per egyptu
dno conglutinatus fratri-
bus. In dno salutem.

Unum nos fratres sentire oportet
& agere. ut sicut legimus. In no-
bis unum cor. & anima una esse
probedur. Scimus namq. sicut
& a patribus accepimus; ipse enim
sponsus. & ecclesia sponsa: cuius
filii nos sumus. & ideo unum
patrem habemus dm in celis;
Sacerdotes vero. vice xpi lega-
tione funguntur. In ecclesia.
Et sicut ei sua est coniuncta spon-
sa. id est ecclesia: sic episcopi
iunguntur ecclesie unicuique.
pro portione sua. Et sicut uir

non debet negligere uxorem
suam. sed diligere. & caste custo-
dire. & amare. atq. prudenter
regere. Ita episcopus. debet
ecclesiam suam. Et uelut uxor
que sub manu e uiri. oboedire
debet uiro suo. eumq. amare &
diligere. Potius etiam ecclesia.
episcopo suo in omnib. oboedire.
eumq. amare & diligere. ut ani-
mam suam debet. Quia illud
fit carnaliter: istud spiritualiter.
Et sicut uir non debet ad ulterare
uxorem suam. Ita nec episcopus
ecclesia suam; Id e ut illa dimit-
tat ad quam sacratus est. absque
ineuitabili necessitate. aut apo-
stolica uel regulari mutatione.
& alteri se habitum coniungat;
Et sicut uxori non licet dimittere
uirum suum. ut alteri se. uiuente
eo matrimonio societ. ut eum ad
ulteret licet fornicatus sit uir eius.
sed iuxta apostolum. aut uiro suo
debet reconciliari. aut manere
in nupta. Ita ecclesie non licet
dimittere. aut ab ea segregare